Quelle:
Copyright:

Cod. CCLXXV.

Membran: 4. Sæc. 14 & 15.

B 5.8.

Jacobi de Voragine Historia Lombardica, seu Legenda aurea Sanctorum pars prior. Incipit: Universum tempus:" Satis jam de eadem in præcedentibus dictum. Codex cæterequin eleganter scriptus.

Cod. CCLXXVI.

Chartac: 4. Sæc: 14 & 15.

B 6.1.

Stephani de Pulxa tractatus triplex contra Husitas.

Stephani de Pulxa tractatus triplex contra Husitas. Primo positi sunt quatuor articuli Husitarum Bohemorum, qui incipiunt:" Notum sit universis Christi fidelibus, quod fideles in regno Bohemie instant;" horsque exhibet Cochlæus in Hus: Husfit: p: 199. Excipit illos tractatus cum inscriptione:" Tractatus contra Husitas. Existens Magistri Stephani de Pulxa." Incipit:" Recedite a tabernaculis hominum impiorum et nolite tangere &c: Salubre documentum hec dei Sentencia prestat cunctis fidelibus." Confutat præsens tractatus supradictos 4. articulos Husitarum. Ad calcem Scriptum est:" Et sic est finis hujus operis anno dñi ꝛc XXVij" /: 1427:/ Mox subduntur alia contra eosdem quatuor articulos, in quorum fine legitur:" Anno dñi M CCCC XLIX in die Sancti Dyonisij et sociorum ejus finitus per Stephanum de Pulxa." Istum tractatum /: id quod asseri antico inscriptum legitur:/ Nicolaus Abbas Scotorum Wyenne dedit M. Stephano de Pulxa /: pro eodem tractatu per Magistrum Stephanum premissum propria manu scriptum (a) quem premissus Abbas concessit cum tractatu de corpore Xti S. Thome de aquino Daniella,

(a) l: Scripto.